



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 23. Dubium de adventu Legati cum suis copiis in Franciam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

quos pro Anglorum exercitu petebat, Sæcul. XV.  
mittere posset. Addunt quoque, Lega- A. C. 1427.  
tum, postquam huic petito annuisset, ma-  
ritimo itinere cum suis confecto in Gal-  
liis appulisse, præcipiti tamen per Fran-  
ciam transitu; demum suas copias Catho-  
licis in Bohemia conjungere festinasse.

§. XXIII.

*Dubium de adventu Legati cum suis  
copiis in Franciam.*

Verum hac de re apud Scriptores magis *Monstrelet*  
fide dignos altum silentium, quini- 2. vol.  
mo uno ore affirmant omnes, Cardinalem *Polyd. l. 23.*  
recto tramite Bohemiam petiisse, eamque  
cum triplici exercitu ingressum, quorum  
primus ex Saxonia, & civitatibus, ut vo-  
cant, Hanseaticis, alter ex Franconia, ter-  
tius denique ex Rhenano, Suevico, &  
Bavarico Imperii circulis collectus fue-  
rat. Ergo tam selectæ, tamque numero-  
sæ copiæ simul junctæ ante Messenam,  
quam obsederant, castra ponunt; sed cum  
Hussitas contracto raptim milite in eas  
irruere nunciaretur, Catholici tormenta,  
omnemque bellicum apparatus hostibus  
in prædam relinquunt, turpique fuga di-  
labuntur, quod anno Christi millesimo  
quadringentesimo vigesimo octavo conti-  
gisse ferunt. Certum equidem est, & ve-  
teres Gallicorum Annalium Scriptores  
Mm 5 testan-

Sæcul. XV. testantur, Legatum cum suo exercitu in  
A. C. 1427. Franciam venisse, cum vero hoc factum  
ad Annum Domini millesimum quadrin-  
gentesimum vigesimum nonum, nempe  
ad Aurelianensis Puellæ tempora refe-  
rant, ex hoc concludere licet, hunc exer-  
citum jam fusum fugatumque e Bohemia  
per Gallias in Angliam remeasse, inde ve-  
ro in Franciam, quo venire jubebatur, se-  
cunda vice reversum.

## §. XXIV.

*Fuxiensis Cardinalis in Arragonia  
Legatus.*

*Aëta Legat.* *Card. Fux.* Tandem Cardinalis de Fuxo Legatus in  
*apud Bzov.* Arragoniam ad Alphonsum Regem  
*an. 1427.* missus, postquam per duos & amplius an-  
nos incassum laboraverat, optati Legatio-  
nis suæ successus spem concipere videba-  
tur; quippe Rex veritus, ne totius Chri-  
stiani orbis invidiam sibi accenseret, si so-  
lus schisma, quod omnes imo & subdito-  
rum suorum plerique abominabantur, sove-  
re redargueretur, hinc eo gratiora, quo mi-  
nus expectata fovebat consilia; cum enim  
hucusque insuperhabitatis, utut summis Le-  
gati precibus, colloquii gratiam eidem  
constanter denegasset, jam ipsus Cardina-  
lem, qui adhuc apud suum fratrem Comi-  
tem de Fuxo agebat, misso Oratore ro-  
gabat, ut Valentiam veniret, ac de nego-  
tio